

M O N I T U M.

CUM propius abessem , ut meis ty-
pis Cursum Philosophicum cele-
berrimi *Jacquier* rursus committe-
rem , opportune intellexi , eximium
hunc virum Romæ , ubi degit , recensendo
& reformando operi suo jam manum admo-
visse . Constitui statim parumper editionem
meam remorari , ut si quid novi accessisset
ab Auctore , ab illa non abesset . Ægre admo-
dum mihi contigit , ut statim , nec ulla in-
terposita mora Romanam hanc postremam edi-
tionem acciperem . Accepi tamen : eamque di-
lignantius examinatam , constitui , qualis Romæ
prediit , integrum meis typis studiose juven-
tuti exhibere . Vobis igitur nihil immutatam ,
magna etiam diligentia excusam supremam
editionem Romanam omnibus numeris abso-
lutissimam propono : id yobis testimonio erit
satis amplio , me nihil facere reliqui , quod in
literariæ Reipublicæ utilitatem cedere possit .
Valete .